



INSTITUTIONUM MEDICINÆ LIBER SECUNDUS. Pars I. de Morbis.

CAPUT I.

De morbi natura.

DE iis, quæ corpori secundum naturam insunt, nimirum quid sit sanitas, à quibus caussis dependeat, & quæ ab homine sano actiones proficiscantur, dictum hactenus. Cùm autem contraria pertineant ad idem genus, sanitatiq; opponatur Morbus; & medici sit, non solùm præsentem sanitatem tueri, sed etiam amissam restituere, quod idē est, ac morbos depellere: jam de morbo agendum, & quid sit, quæ ejus sint differentiæ, à quibus caussis dependeat, quas actionum læsiones producat, quæq; singulorum sint genera, dicendum. Atque ita tribus pars hæc Pathologica absolvetur, Morborum, Caussarum morbificarum, & Symptomatum tractatione; seu rebus præter & contra naturam, seu iis, quæ recedunt ab eo, quod in nobis secundum naturam, & nobis utile & conveniens est.

Quæ ad Pathologiam pertinent.

Distinguit quidem Fernelius, *An prælib. i. pathol. cap. 2.* inter res contra ter & præter naturam, dum ita scribit: *omnis corporis constitutio atq; af-* ^{contra} *natu-* ^{ram dif-} *fectus, aut naturalis, aut non natura-* *ferant.* *lis existit; atque non naturali aliis præ-* *ter naturam, aliis contra naturam est.* *Præter naturam, tametsi ex naturæ præ-* *scripto non est, illi nullam vim infert:* *Contra naturam, non modo naturæ limi-* *tes excessit, sed & illi vim infert, ejusq; vi-* *res & functiones manifestè inturbat.* *Verum sine caussa & præter auto-* *ritatem antiquorum hæc facta di-* *stinctio. Ex eo enim sequitur, mor-* *bum, qui non solùm secundum na-* *turam non est, sed & actiones læ-* *dit, præter naturam non esse; quod* *falsum est. Deinde antiqui medici* *nullam faciunt hac in re distinctio-* *nenem. Nam Hippocrates, Galenus,* *Paulus, Avicenna & alii antiqui* *medici longè aliter utuntur voce* *non naturalis, ac Fernelius. Illi se-* *nim non naturale non est præter na-* *turam,*

Q 2